

Heinrich Dringenberg

Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Hinricus Dringenberg/ Phil. Moral. Profess. ac Facult. suae in praesens Decanus Eximii ... Iuvenis Caspari-Hinrici Kempii, Gottingensis, acerbum funus indicit, & ad eundum exequias Quas Vir ... Andreas Gottfried Ammon, Phil. M. Gymnasiique Gustroviensis Rector benemerentissimus paratum it, Omnium ordinum Cives Academicos officiose invitat, serioque hortatur

Rostochii: Kilius, [1664]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771556314>


Druck Freier  Zugang



Dringenberg, H.
in C. H. Kemp.

Rost. (1664.)

8.



PROGRAMMA

Quo
RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

HINRICUS Dringenberg/

Phil. Moral. Profefs. ac Facult. suæ in
præsens DECANUS

Eximii Ornatissimiq; JUVENIS

CASPARI-HINRICI

KEMPII, Gottingensis,



acerbum funus indicit,
& ad eundum exequias

Quas
VIR Clarissimus,
DN.

ANDREAS Gottfried AMMON, Phil.M.

Gymnasique Gustavoviensis Rector
benemerentissimus
paratum it,

Omnium ordinum CIVES

ACADEMICOS officiosè invitatur,
feriòque hortatur.



ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr.



TERRÆ mandabitur hodiè eximius quidem, & in laudem Seculi natus JUVENIS, sed qui ipse quoq; fuit TERRA; quæ profectò sumus omnes. Qui in utero materno ad vaticinandum sanctificatus, puerq; vaticinari orsus est Propheta, uti *Israëlitis*, imò omnibus hominibus inculcaret originem, è quâ existerent, & in quam reverterentur tandem, continuâ oratione ter iteravit materiale illud generationis & corruptionis principium, clamitando cap. XXII, 29. TERRA, TERRA, TERRA, audi sermonem JEHOVÆ. Qui sanè Prophetæ clamor non in auribus saltem sonare, sed & in animos omnium, in mortalitate hac degentium, penetrare debebat: sed nescio qui strepitus alii ita, plerumq; sensus mortalium obstruant, ut, quod voci ferantur facta oracula, insuper ab iisdem, & nonnunquam etiam ludibrio habeatur. Quicquid unquam reliquarum operarum est, in eo laborant ac desudant homines: circa, quæ occupari omnium maximè oportebat, negligunt. Nihil in hoc mundo reperias aut ita ludicrum, quod non excludat, aut ita arduum, quod non expellat ex hominum memoriâ clangorem istius cælestis tympani. Nihilominus tamen à mortalibus audiri vult VATIS sui vocem æternus DEUS, ac *identidem* (SENECÆ, at quanti viri! verbis utimur) *argumento aliquo recenti admonet fragilitatis suæ oblitos, & æterna meditantés respicere cogit ad mortem; si fortè excitare nos à securitatis veterno possit antè, quàm mors vitam, & vitæ somnia discutiât.* Proh quàm omninò nullus labitur annus, nullus præterit mensis, imò dies penè nullus abit, qui non TERRAM & pulverem nos esse doceat! Quæ quidem profectò res APOSTOLUM commovit, ut II. Cor. IV. 7. hominem TERREBORUM seu fictilium vasorum habere instar adsereret, quæ ad levissimam quamq; percussionem statim confringerentur. Porro non

non

non eadem hominum est in legibus *Quiritum* civilibus, & jure mortis naturali conditio: illic enim plerumque meliore loco sunt ingenui servis; milites pagani; impuberes adultis; isthic vero idem omnium status, æqualis ratio, parilis eaq; *terrena* conditio: nec refert togatus an prætextatus sis; ætate floreas; an marceas. Non longè abibimus. Enim verò exemplum *terrena* hujus sivè conditionis, sivè fragilitatis vel in hodierno CASPARI HINRICI KEMPPII funere nobis proponitur; qui extremum vitæ diem eâ confecit ætate, quæ abesse adhuc à morte quàm longissimè videbatur. Ut documento foret, post *γένεσιν* nostram nil cotidie expectari oportere quàm *ἔξοδον*; id quod tacitè etiam Philolophatum esse MOSEN illum *θεοφιλέστατον* primis librorum suorum inscriptionibus, *Gregorio Nysseno* relatum est. Sed nos nec præter rem, nec receptam præter consuetudinem facturi videbimur, si tam egregii & singularis JUVENIS vitam breviter ab initiis repetamus. Itaque natus est GOTTINGÆ, urbe clarissimâ, Anno orbis redempti Clc lxx XLIV, ipso Festo MICHAELIS Archangeli, intra horam IX, & X meridianam, eximiis planè honestisq; parentibus: Patre quidem Viro Spectatissimo DN. NICOLAO KEMPPIO, Cive Gottingensi Primario; Matre verò ELISABETHA CRULLIA, Faminâ sexus sui virtutibus ornatissimâ. Avum paternum habuit virum integerrimum DN. ANDREM KEMPIUM, in præfecturâ Friedlandicâ prætorem ac judicem; Aviam paternam, CATHARINAM, CONRADI KULEMANNI, incolæ Grossenschnedensis in agro Göttingensi, filiam. Avus ipsi Maternus extitit Vir Amplissimus DN. HINRICUS KRULLIUS, Sereniss. Brunsv. ac Lunæb. Ducis Præfectus in *Keinshansen & Nienover*; Avia Materna, ANNA ENGELHARDIA, Præstantissimi Viri, DN. HINRICI, Nobilissimis de *Berlespsch in Hiebenthal* / ut vocant, à pensionibus. Quàm primum

primum in lucem prodiret hic NOSTER, & communi nobis omnibus, peccati scilicet, quod *Originis* vocitare sivevimus, vitio irretiretur, continuo id dedere operam Parentes, uti per sacrum fontem (vadimonium subeunte Avunculo, Viro Amplissimo DN. CASPARO-HINRICO CRULLIO, hodie Serenissimi Brunsv. & Lunæb. Ducis Præfecto Reinhusano) ab eâ labe purgaretur, Christianæq; adeo Ecclesiæ membrum fieret. Nec dein verò quicquam intermissum eorum est, quæ præclaræ educationi factura esse crederentur. Ipsi profectò C. HINRICO honestissimam egregiamq; mentem melior Natura tribuerat; adeoque jam tum à teneris id enixè studebat ille, uti, sicut prærogativâ generis, ita virtutum etiam antecelleret alios atq; præstaret. Enimverò ita reputabat, nascendi sortem, generisvè præstantiam pejus cæno collini perverfis moribus, parumque natalium decus conferre lucis, nisi animus & vita responderint. In isto autem dum curreret stadio, etsi ipsum plurimum rectior indoles, tamen multum & parentes adjuvabant, qui elegantiarum studium non modò præceptis & monitis inculcabant assidue, sed ad easdem etiam suo ipsorum exemplo præbant. Quare fiebat, ut sicut in speculo vultum, sic virtutum suarum haud obscuram imaginem in Filio contemplantur. Ac quia omnis felicitatis nostræ fundamentum ac basis in pietate verâ, & Orthodoxæ fidei cognitione positum est, idcirco nō aliundè institutionis initia ducebantur. Deinde procedentibus annis literarum quoque secularium, per commodos in patriâ industriosque Præceptores adjungebatur eruditio, quod verè existimaretur, sine illarum adminiculo neminem temerè humanarum rerum prudentiam rectè quidem satis consecuturum. Post functum Patrem, experiri jam, quantum didicisset, in aliis voluit. Adlectus igitur à Primario Reip. Göttingensis Senatore DN. JOANNE

NE à Dransfeld/ ejusdemque filiolo manuducendo for-
mandoque præfectus est. Cui quidem muneri adeò satisfacisse accepimus, uti omnium expectationem vinceret,
longeque plura præstaret, quàm passura ætas ullâ unquam
ratione videretur. Cæterum anni superioris cbs lxc LXIII,
vere factitatum, uti, qui principem in JUVENEM fingend-
um operam contulerat, divinâ providentiâ GOTTINGA
GUSTROVIUM ad Gymnasii Ducalis regimen evocaretur
DN. M. ANDREAS Gottfried AMMON, Vir clarissimus,
Fautorque ac Amicus noster honoratissimus. Ibi incredi-
bili ardere C. HINRICUM cupiditate vidisses tam fidum
Ducem Præceptoremque comitandi, ejusdemque dex-
trâ informatione in exteris quoque locis perfruendi.
Cui laudabili adeò discipuli desiderio tantum abest ut
Præceptor defuerit, uti nimio perè potius eidem studu-
erit explendo. Perductum itaq; in eum, quem jam signi-
ficabamus, illustrem maximè locum, statim, uti eò homi-
nis res atq; conamina rectius procederent, commendavit
VIRO Magnifico ac Excellentissimo DN. JUSTO
BRUNINGIO, JCro, ac Serenissimi Principis DN. GUSTA-
VI ADOLPHI, Ducis Mecklenburgici &c. &c. &c. Dn. no-
stri clementissimi, Consiliario intimo, ac Cancellario gra-
vissimo; qui non diu motatus Filiis eum suis præficiendū
curavit; quorum etiam studia ita excitavit juvitq; C. HIN-
RICUS, uti singularem indè laudem consequeretur, tan-
tiq; VIRI favorem ac munificentiam luculentissimè pro-
mereret. Cæteroquin etiam, GUSTROVI quoad esset,
nil non edidit speciminum planè eximiorum; præcipuè
verò in declamandi disputandiq; exercitiis majorem lon-
gè, quàm anni unquam quibant admittere, præ se ferre
peritiam visus est. VANDALIÆ hodiernæ personam, ipso
Serenissimo præsentè & arbitro (quod exemplum in tanto
generis

generis fastigio posteritas admirabitur) non sine applausu sustinuit. Quin ejusdem Maximi Principis Natali die, XXVI. Febr. carmine heroico, comto ac eleganti, Patronos Scholarum à nato CONSERVATORE ita recensuit, uti seriem ad hodierna usq; tempora, laudatissimumq; PATRIÆ PARENTEM deduceret. *Gustro* mense Martio valedixit, in Academiam hanc nostram, continuandorum studiorum gratiâ, abiturus. Quò ut venit, morum confestim svavitate, doctrinæq; copiâ effecit, uti amborum GEISMARORUM, Senatorum præstantissimorum, pædagogus constitueretur, adeòq; istam quoq; præclare spartam exornaret, ut, quàm antehac habuissent liberorum manu ductores non unos, tamen, qui cum CASPARO HENRICO conferri mereretur, hætenus habuisse omnino neminem, clarissimâ voce VIRI Senatores profiterentur. Sed non diu tantam inter mortales superstare DEUS virtutem voluit. Enim vero xvi. Junii currentis Anni malè habere, & brevi post decumbere prorsus cœpit. Sanè quidem ut è morbo explicaretur, non omninò nulla spes erat; adeò ire in melius res valetudinis nonnunquam videbantur. Sed mutata tamen Ægri, non temerè quoquam opinante, conditio, malumq; incumbere eâ tandem visum vehementiâ est, ut, quicquid & non levibus sumtibus, & summo experientissimi, Excellentissimiq; Dn. MEDICI, SEBASTIANI *Birdiges* / Phil. & Med. D. ac Profess. Collegæ honoratissimi studio; quin Dnn. hospitem singulari vigilantia pararetur contra, nullum tamen exitum haberet, visq; morbi omni humanâ ope foret potentior. Ex quo cum intelligeret facilè, de se quid esset futurum, ante omnia navandam sibi operum censuit, uti cum DEO penitus reconciliaretur. A quo solò cum, quicquid sibi sperandum haberet felicitatis, manare probè nosset, rectè cavendum statuit,

tuit, ne eo sibi irato adversoq; uteretur. Proin ministrum
verbi, Virum pl. Rever. & Excellentiss. Dn. JOHANNEM
QVISTORPIUM, Sacræ Theol. D. ac Profess. pastoremq;
Jacobæum præclarè meritum, Collegam & Amicum no-
strum conjunctissimum, accersendum curavit; coram quo
postquam maximà animi devotione, seriâq; pœnitentiâ
confessus errores suos esset, sacrosancto viatico DOMINI
animam procuravit, paratus sequi, quandocunq; abeun-
dum sibi è statione foret. Quod & insecutum tandem
est, dum 2. August. inter tot suspiria, tot inter meditati-
ones precesq; placidissimo mortis genere resolveretur.
Quem quidem JUVENIS elegantissimi casum cum paulò
altius cum animo nostro reputamus, verissimâ certè con-
templatione humanæ vitæ ingenium deprehendisse nobis
videntur, qui navigationis habere *instar* adferunt. Solet hoc
navigantibus non rarò accidere, ut vel in medio tranquil-
lo aliquis turbo suboriatur repente, ac deprehendat na-
vem, nec tam concutiat quassetq; quàm planè demergat,
nequicquam contra nitentibus nautis, & vastam hyemem
avertere conatis; cum incumbentis, ut sic loquamur, fati
necessitas plus valeat, quàm omnis laborantium industria
atq; contentio. Gemina certè & paria prorsus in vitâ sæ-
pius experunt; & frequentissimè contingit, ut, cum vale-
mus maximè, cum lateri pedibusq; quàm optimè est, su-
bitanei mali vis ingruat, & simul medentium opem ac curâ,
simul nosmetipsos elidat atq; evertat. Sed FUNCTI sa-
tis præclarè habet conditio. Enimverò isti rerum huma-
narum tumultus, & ille fortunæ lusus, quem nimis pertina-
riter cum plerisq; mortalium ludit, faciunt, ut non malè
cum iis actum videatur, qui se tempestivè subtrahere ne-
gociis hominum, atq; exire de vitâ istâ penitus possunt.
Ad quid enim vivere diu experat? Et quid habet orbis hic
commo-


commodi? quid non potiùs laboris atq; molestiæ? Quem
admodū igitur qui in mari versantur (manebim9 in supra al-
lato simili) tūm in tuto se collocatos existimant, quūm por-
tū tenent atque è continente terrâ pelago è longinquo pro-
spiciunt; sic nemo extra calamitatum aleam sese positum re-
putare debet, nisi humanis rebus valedixerit prorsus, & to-
tum hoc vitæ nostræ mare ex illo respectet loco, quò nullæ
unquam turbæ, ærumnæ nullæ pertingere queant. Cæte-
rūm hac ipsâ die JUVENI optimo parabuntur exequiæ; qui-
bus uti prolixè frequenterque interfitis, CIVES ACADE-
MICI, seriò hortamur, studioseq; rogamus. Meretur id
genus officii toties deprædicata nobis VIRTUS KEMPIS;
meretur Familiæ, ex quâ prodiit, decor; & ipsa vos
humanitas vestra, ut non segnes in exequendo
officio deprehendami, admonere
poterit.

P. P, Sub Sigillo Rectoratus, die XI. No-
vembr. Anno M, DC, LXIV.

*Convenietur in Æde Jacobæa
Horâ 1.*



NE à Dransfeld/ ejusdemque filiolo m
mandoque præfectus est. Cui quidem
fecisse accepimus, uti omnium expecta
longeque plura præstaret, quàm passura
ratione videretur. Cæterum anni superi
vere factitatum, uti, qui principem in J
dum operam contulerat, divina provide
GUSTROVIUM ad Gymnasii Ducalis re
DN. M. ANDREAS Gottfried AMMON
Fautorque ac Amicus noster honoratissi
bili ardere C. HINRICUM cupiditate
Ducem Præceptoremque comitandi,
trâ informatione in exteris quoque
Cui laudabili adeò discipuli desiderio
Præceptor defuerit, uti nimio perè pot
erit explendo. Perductum itaq; in eun
ficabamus, illustrem maximè locum, sta
nis res atq; conamina rectius proceder
VIRO Magnifico ac Excellentissimo
BRUNINGIO, Jcto, ac Serenissimi Princ
VI ADOLPHI, Ducis Mecklenburgici &
stri clementissimi, Consiliario intimo, ac
vissimo; qui non diu motatus Filiis eun
curavit; quorum etiam studia ita excitavi
RICUS, uti singularem indè laudem co
tiq; VIRI favorem ac munificentiam lu
mereret. Cæteroquin etiam, GUSTR
nil non edidit speciminum planè eximi
verò in declamandi disputandiq; exerci
gè, quàm anni unquam quibant admit
peritiam visus est. VANDALIÆ hodiern
Serenissimo præsentè & arbitro (quod e



o for
o satisf
iceret,
quam,
LXIII,
ingen
INGA
aretur
simus,
credi
fidum
dex
uendi.
est ut
studa
signi
homi
ndavit
S T O
ISTA
On, no
io gra
ciendū
. HIN
r, tan
è pro
l esser,
ecipuè
m lon
e ferre
n, ipso
tanto
generis